Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

suscepit fundamentum Et cum hoc deus habet se tanquam
causa instrumentalis ideo fit oratio ad deum ut lingwam
predicatoris moveat ab agente Et sic fieri debet invocacio
spiritus sancti Carissimi verba ista sine adiutorio dei et
gracie nequeo quapropter invocamus sanctam dei genitricem
ut ipsa impetret nobis auxilium a filio suo dilecto
pro salutemus eam cum salutacione angelica cum
qua salutavit eam angelus Gabriel Ave gracia et
post salutacionem spiritus sancti predicator resumat thema
semel vel bis deinde dividat in partes principales
prout sequitur

Sexta pars sermonis quantum ad processum est distinctio
seu divisio Et illa ideo fit in sermone Sequendo
omnis multitudo sine ordine et distinctione est
inimica nature ut dicit Aristoteles Ideo necesse est ut
predicator ordinem et distinctionem faciat que distinctio
seu divisio tam sibi quam populo deserviat quantum ad memorie
retencionem Et illa distinctio seu divisio potest
fieri ut sic Carissimi thema meum stat in tribus partibus
Prima pars est quod deus est diligendus Secunda pars quod
proximus est adamandus Tercia pars quod in hiis duobus
mandatis tota lex pendet et prophete Ubi nunc sunt tres
partes principales sermonis In quibus necessarium
erat ut quelibet pars subdividatur et per huius divisionem
predicator eo melius apperiat intellectum attendencium
prout sequitur in parte sequenti

Septima pars quantum ad processum sermonis erit
subdivisio per quam ut dictum est predicator
aperit intellectum attendencium Et tunc circa istam
subdivisionem predicator dicere debet Carissimi quelibet
pars principalis sermonis subdividitur in tria ut sic
deus est diligendus propter tria Primo propter eius creacionem
Secundo propter eius bonitatem Tercio propter eius paternitatem
Secunda pars principalis est de dileccione proximi Et circa istam
eciam considerande sunt tria Primo sermo sui videlicet
proximus noster sicut seipsum quantum est sibi Secundo
compassio fieri debet circa dileccionem proximi Tercio opus
et beneficio videlicet elemosinarum largitio Et circa linguam